M. ANTONIUS MANDOSIUS DEI, & S. SEDIS APOSTOLICAE GRATIA...

Marco Antonio Mandosio

Digitized by Google

D.Thom. de Reg. Prin. ex Plat. & Ariſt. Ius in Corpora, eos eſſe decet, *qui Ciuitatem ad ſœlicitatis humanæ faſtigium virtutis ope rectà perducant*; quo magis videndum eſt, vt nos, quos Act. Apos. cap. 20. *poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam ſuam*, quiq. animarum Iudices, & vocamur, & ſumus, neq; ad caducam in cœtu hominum beatitatem, ſed ad manſuram in ſinu Diuinitatis oues Chriſtiani gregis promouere debemus, ità comparati ſimus, Math. c. 15. *ne cæcus cæco ducatum præſtet*? Sed verbo ſuadere, exemplo allicere, hæ noſtræ inprimis partes ſunt; atq. ita vitam inſtituere, Ad Thimot. cap. 2. *vt qui exaduerſo eſt, vereatur nihil habens malum dicere de nobis*. Quod cum mihi iampridem animo obuerſaretur, hunc ſanè ad honoris apicem tremens acceſſi; & niſi opem mihi cœlitus implorandam intellexerim, & cum gentium Apoſtolo audendum, dicendumque Ad Phil. c. 4. (*omnia poſſum in eo, qui me confortat*) qua ratione à temeritate, ac metu abeſſe poſſem, minimè video. Igitur Pſal 27. Iſa. cap. 12. *omnis ſpes mea Dominus, adiutor meus, & protector meus, fiducialiter agam, & non timebo*.

Accedit Neocaſtrenſis Eccleſiæ iſtius ſub Principibus Apoſtolorum fœliciter conſtituta, & laudata conditio, in qua & Clerus viget ſpectatæ Religionis, & Populus ad deuotionem, atque obedientiam planè compoſitus; nihil legibus aduerſum eſt, nihil Paſtoribus obluctans. Quæ me omnia in ſpem maximam adduxerunt fore, vt cuncti difficultatum turbines euaneſcant, tantumque onus ſuſcipere, ac ferre non dubitem. Magnum profectò mihi fructum pollicitus ſum precationum veſtrarum; magnum propenſi in pietatem animi, cuius vi cognita terrenarum rerum fallacia, & caducitate, Vos ſolidè ratiocinari prò comperto ha-

Digitized by Google

habeo, nihil in harum ſollicitudinibus, & curis immorandum, ſed omnia ad ęternitatem in ſuperis comparandam totis ſtudijs eſſe dirigenda. Quæ res ſacris præſertim addictos afficere debet, quorum munus eſt, vt abiectis ſecularibus negotijs, vnius Dei cultui vacent, nihilq. ſibi deeſſe putent, cum quæſierint *regnum eius, atq. Iuſtitiam.* Math.cap.6.

Hinc itaq. mei prima petam fulcimenta Epiſcopatus. *Vos gaudium meum, & corona mea, Sacerdotes* Ad Phil.c.3. *Domini*, vt ore Pauli Sanctiſſimi vos appellem, quò tanto ponderi ſim ferendo, mecum ipſi ſubſtituetis humeros veſtros, laboremq. Sacrum lubentèr inibitis. Vos Sanctitate morum documenta iuſtitiæ dabitis. Vos Populum exemplo in officio continebitis; nihil enim æquè Populum mouet, ac vitæ ratio Sacerdotum; quippè qui errare ſe exiſtimat minimè poſſe, ſi eorum actiones imitetur. Vos propterea vt id præſtare tùm facto, tùm dicto valeatis, enixè hortor, & moneo, vt mundi illecebris, aut etiàm (ſi modò apud vos ſũt vllæ) turpitudinibus abdicatis, Sacrarum lectionum vtilitatibus operam detis; monumenta Sanctorum patrum aſſiduè manibus tractetis; quæ ad Salutem animarum pertinent, ſine intermiſſione peruoluatis, vt *in omni-* Pet.1.cap.3. *bus perfecti ſitis, & ritè veſtrum Regale Sacerdotium;* Populus autem veſtro beneficio egregiè inſtitutus, P*opulus acquiſitionis, & gens Sancta* Apoſtolicis verbis appellari queat. Etenim illud nobis, *qui digni facti ſumus in partẽ ſortis SS., & Leuiticum mu-* Ad col.cap.7. *nus exequimur*, propoſitum, firmumq. animo conſtare debet, non eſſe noſtra dumtaxat cauſa in Vinea Domini laborandum, & contemplatiuæ vitæ Rachelem amœniſſimam, atq. pulcherrimam, at ſanè ſterilem, tantummodò diligendam, ſed ope-

ro-

Digitized by Google

roſam quoq. fœcundamq. Liam ad animarum fru-ctum admittendam, ſociandaſq. vnà Mariam, & Martham, vt quamplurimos nobiſcum Chriſto Domino lucrifaciamus. Me vobis adnecto, fratres optatiſſimi; imò priorem huiuſmodi me iugo
Luc cap. 22. ſubijcio, curaboq. inter vos eſſe *ſicut, qui miniſtrat, non qui recumbit,* ne in ijs recenſeri debeam, de qui-
Pſalm. 72. bus Propheta ſententiam tulit. *Deieciſti eos dum alleuarentur*. Illud porrò vehementer conandum
Ad Ro. c. 5. eſt, vt *Charitas Dei*, quæ (niſi noſtramet iniuria ponatur obex) *diffuſa eſt in cordibus noſtris, ad Po-*
Pſalm. 2. *pulum protendatur*; neq. enim, vt in Imperio ſeculari, nobis animæ in virga ferrea regendæ ſunt, ſed ea manſuetudine, & paterna lenitate quam, & Nos docuit *Sacerdos in æternum Chriſtus Dominus*, & fa-
Ad Corint. cap. 11. ćto exhibuit, atq. ità *in ipſis infirmandi ſumus, quem-*
D. Auguſt. tract 15. in Ioan. *admodum animalia pleraq. infirmari videmus in pullis ſuis*.

Nec vos prætereo, filij in Domino dilectiſſimi, qui ſecularibus curis addicti ab ore tamen Sacerdotum, atq. officio pendetis. Maxima vobis profectò merces, vel in hac vita, parata eſt, ſi nihil antiquius vobis fuerit honore, & cultu Numinis: Curabit quippè veſtra Deus, ſi vos quæ ipſius ſunt, nauiter curaueritis. Hiſcè in rebus, vel cum ipſis Religioſis hominibus certate. *Obedi-*
Ad Hebr. cap. 13. *te Præpoſitis veſtris*, & curatoribus animarum veſtrarum. Eorum monitis obuiam ite; ac veſtris ſtudijs ipſorum laborem leuate. Diſcite, ſi minus rectè ambulent in via Domini, illorum compati,
Ad Heb. c. 5. aut lapſibus, aut negligentijs, *qui eadem, qua vos, circundati ſunt infirmitate*. Videteq. ſedulo ne vel nimium habendi ſtudium, vel aliarum rerum mortalium appetentia obſeruationi officiant Diuinæ

legis

legis, Voſq. ab ijs obſequijs auertat, quæ Eccleſiæ debentur. Hac ratione *ambulabimus omnes in domo Domini cum conſenſu*; & ritè cum ſanctis dicere poterimus. *Quæſiuimus, Domine, vultum tuum, cæteraq. omnia arbitrati, vt ſtercora, quæ alta, & glorioſa præſentis ſeculi videntur, quodam mentis deſpectu calcauimus.*

Pſal. 54. Pſalm. 26. Ad Phil. c. 3. D. Greg. ep. 5. lib. 1.

Faxit verò Deus, vt veniam ad vos, proùt vehementer cupio, *cum gaudio Spiritus Sancti*, neq. indignus prorſùm ea Eccleſia videar, in qua ſingulari Dei beneficio glorioſi præſident Principes Terræ. Intereà ſicuti me iterùm rogo vt veſtris orationibus adiuuetis, *ne cum alijs prædicauerim, & monita ſalutis dederim, ipſe reprobus efficiar*, ità *commendo Vos Deo, & verbo gratiæ* ipſius, qui *ſolus poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine*, vt *in aduentu meo faciat non cum tentatione, ſed cum exultatione prouentum*. Ipſi honor, & gloria in Secula Seculorum, & gratia eius vobiſcum. Amen. Dat. Romæ in die noſtræ conſecrationis anno Salutis humanæ. M. DC. XXXVII. XI. Kal. Octobris.

Ad Theſſ. 1. cap. 1. Ad Cor. 1. cap. 9. Tob. cap. 1. Act. Ap. c. 20. Iob. cap. 14. Ad Cor. 1. cap. 10.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆLIBATIO DE TERRA ET LEGE SALICA,

EX VINDICIIS LOTHARINGICIS,

IOAN. IAC. CHIFLETII,

EQV[illegible]

34.9.C.23.

8 9

99

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Ex Epiſtola Ampliſſimi Viri

ERICI PVTEANI.

P*ARS Libri, totum, ut ſic dicam, Librum ſingulari argumento continet: illam, inquam, è Vindiciis Lotharingicis PRÆLI-*

...his Sa-

...mò

Digitized by Google